



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
proxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

P. 5. Dubium an Lex sit lata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

torum aut legum generalium certò obligantium. Porrò ut ex prædictis principiis partculares casus solidè deducantur, ad sequentia advertendum erit.

P. V. *Dubium an lex lata.*

**Q**ui dubitat de aliqua Lege, an sit lata, vel de Voto an sit emissum, resolvere potest se tali lege, aut voto non obligari.

Quia ut lex vel votum obligationem inducent, debent sic proponi ut prudenter præsumatur ea verè existere, cùm autem in casu id præsumi non possit, dubitans manet in possessione suæ libertatis. Hinc si eras sit jejunium, & dubites an sit hora duodecima noctis, potes carnibus vesci. Quia non constat legem jejunij pro illa hora esse latam, aedique voluntas retinet possessionem sui arbitrij ut istâ horâ carnibus utatur.

At si constet legem, aut votum existere, sed tantum dubitetur an illis satisficeris, ad satisfaciendum obligaris. Quia tali casu lex & votum est in possessione. Hinc fit ut indubitatus Sacerdos dubitans an Horas legerit, eas persolvere teneatur.

P. VI. *An casus lege comprehensus.*

**Q**ui certus est de Lege lata, sed dubius est an casus occurrentis lege illâ comprehendantur, rectè resolvit se quoad illum casum non obligari. Quia præsumptio quoad hoc punctum est pro libertate, non autem pro lege, cùm post diligens